Quelle: http://manuscripta.at/?ID=37654
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

#

Olim In Codice signato ~~I.1.~~
Nunc. B. 42. 92.

Bibliorum Sacrorum Pars Prima acephala. incipit a Libro Exodi; et ab Ejusdem Libri cap. 12. et finitur in Prologo mutilo in Librum Ecclesiastici. Cod. Membranaceus sæc. XIV. in Fol. Majori.

Olim In Codice Signato ~~I.2.~~
Nunc B. 43. 92.

Bibliorum Sacrorum Pars Secunda. incipit a Prologo primo S. Hieronymi in Prophetiam Isajæ: nemo cum Prophetas versibus viderit esse descriptos metro eos æstimet, p. p. continet hæc Secunda Pars libros omnium Prophetarum, libros Machabæorum, et integrum Testamentum novum. in fine libri Apocalypsis legitur: explicit per manus Thomæ de Yernsnitz. ad Calcem est Liber Interpretationum Vocabulorum et nominum Hebraicorum. Cod. membranaceus manu sæc. XIV. conscriptus in Fol. Majori.

Biblia Hæc pulcherrima manu sunt conscripta, habent nitidissimas figuras, suntque exornata multo auro, et varijs coloribus depicta.

Olim In Codice signato ~~I.3.~~
Nunc B. 44. 224.

Lectionarium de Tempore continens Lectiones Breviarij pro omnibus Dominicis et Ferijs totius anni. Codex membranaceus Sæculi XIV. manu conscriptus in Fol. Majori.

Vid. Supplementum ad lit. B.